

## ΠΡΩΤΟ ΜΑΘΗΜΑ

regina	reginae	amo	sum
reginae	reginarum	amas	es
reginae	reginis	amat	est
reginam	reginas	amamus	sumus
regina	reginae	amatis	estis
regina	reginis	amant	sunt
		amabam	eram
		amabas	eras
		amabat	erat
		amabamus	eramus
		amabatis	eratis
		amabant	erant

Romae incolarum vita integra et modesta quandam erat; neque magna neque opulenta erat olim Roma. Paludosae et exiguae terrae, semitae angustae et saxosae, casae parvae et miserae erant. Sed constantia et industria incolae naturae inclemantium superabant. Magna cum audacia hastis sagittisque piratas fugabant: piratae enim saeva superbia oras maritimas vastabant, puellas rapiebant, agnas, capellas et pecuniam captabant. Postea Romae incolae in Italia, Europa, Asia, Africa magna disciplina et constantia bellabant variis et cruentis pugnis: propinquas et longinquas terras occupabant, incolas subigebant et opimam praedam capiebant. Paulatim potentia et gloria crescebant: Roma valida et opulenta domina, terras domabat et firma constantia provincias administrabat.

- 1) Saepe procellae nautis curarum causa sunt.
- 2) Incolarum discordia saepe patriae ruina est.
- 3) Aurigae victoria causa gloriae, non pecuniae erat.
- 4) Piratarum audacia insulae incolis nota erat.
- 5) Diana silvarum dea, Minerva sapientiae erat.
- 6) Sardinia et Sicilia Italiae insulae sunt; Romae provinciae erant.
- 7) Magistrae filia amica nostra est.
- 8) Puellarum industria magistris grata est.
- 9) Arcadia Graeciae antiquae terra erat.
- 10) Puella, sedula et laboriosa es!